



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriae
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.3. Sicut Deus hominem de statu suo subleuat, illumque filium suum per gratiam efficit, ita illum extollit de mensa, eundem illi suum tribuens cibum in SS. Sacramento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

§. 3. Sicut Deus hominem de statu suo subleuat, illumque filium suum per gratiam efficit: ita illum extollit de mensa eundem illi suum tribuens cibum in SS. Sacramento.

NVLUS ignorat quid Rex pro more faciat illi quem desiderat extollere de terrae pulvere ad familiaritatis suae altitudinem; illum etenim de hoc attollens statu, mensam illi cibumque adauget, media praebens quibus secula mensa suae praeparat exquisitiora; vel in maioris gratiae testimonium ex propria sua lauce cibum illi porrigit. Insignia praestitit miles ptegarus Regi suo fidelis obsequia; praemia illi Rex meditatatur atque in tantorum facinorum iustissimam mercedem, de alyso attollit illum mendicitatis ac pauperitatis ad statum alium longe digniorem, creat Comitem, atque ut conflat omnibus quanti illum faciat, aulae suae designat magnatem; si forsitan Rex illum in hac status excellentia relinqueret ad quem illum euenit, in eadem paupertate qua ante premebatur, atque in mendicitate victusque penuria qua pius vitam transigebat, mihi persuadeo quod nullus ostenderet desiderium illum praemiandi nec omnibus curiae suae primatibus testificandi quanti illum faciat. Imo potius iudicauerim quod illi velit illudere: etenim ut risum existimarem virum vocare Comitem & Ducem ac curiae Regiae primatem qui praefame non audeat comedere lacerisque progreditur indutus, eo quod ex nimia paupertate alios sibi non possit cibos comparare, non vestes. Ut igitur omnia conueniant parum est, si Rex ad altiorem eum promoueat statum, insuper & mensam vult ut habeat lautiores, epuletur, ornetur, procedatque, ut curiae primarius: quo sine media opesque illi adauget, copiosos praescribit redditus, atque ad mensam illius delicias augendas media subministrat opulentiora, quibus si status crescat, crescat & victus domusque popa: quocirca alimētū illi assignat conformae statui: etenim dignitate fulgere Comitis & mensa languere militis stipendiarij monstrum foret plane disforme: nec est quidquam in quo magis lenari oportet proportionem tam in statu quam mensa victusque seculis. Creat Pontifex in Cardinalem pauperculum quendam fratrem & inopem ac de me dico Religioso Principem promouet Ecclesiae ac dignitatem eius extollit: ut autem victus

mensaque illi conueniat ex proprio suis redditibus illi portionem assignat ut ex his mensam erigat gradui suo conuenientem.

Venit Dei filius in mundum exaltatus esse ad statum digniorem atque de pauperibus & necessitate oppressis assumit in filios suos, ut dignissimus participatiue & per gratiam ipsius: *Statu deus eam qualem charitatem dedit nobis Pater. ut filii deus nominemur & simus*, dignitas haec est excellens omnino & suprema atque omnimode magnificata. Videamus autem qualem instruat homo mensam. Quo victu pascitur & alimēto admodum vili. Primam mensam Deus homini praeparauit victumque illi dedit cum bellis communem: *Ecce dedit vobis cœnem herbam, vici vobis in cibum & cucumis animantibus terræ*. Mensa haec est, crede mihi, valde vili. Vterum cum co Deus progreditur; & exsecrat iam diuinum, cum paulo altius iussit licet valde parum, mensam nempe victumque concessit ex caribus, peruersis: *Sine sanguine*: iam ad mensam relictū paulo digniorem: cibus enim non nisi animalium, renumque ferocium apponatur.

In lege scripta cibus datus fuit illi paulo eminentior, & ampliore concessit illi licentia quaedam comedendi cum interdicto alioquin: unde praecipit illis: haec comedetis illa vero nequaquam: & quamuis illis aliquid amplius in victu permisit mensamque etiam paratam extulerit, nunquam tamen limites excessit mensae de animalibus eorumque victu. Domine non quadrat mensa hae adeo abiecta & contraria sublimi adeo dignitati ut illa est ad quam hominem promouisti. Jam illum in lege statumque gratiae, & in Domine iam factus homo illum ad dignitatem tuam comparem extollisti: quandoquidem humanam eleuans naturam ad esse tuum diuinum, propriam illi tuam concessisti dignitatem, qua mirum in modum creuit eius auctoritas: Quandoquidem iam factus dignissimus & aliquantulum de Dei participet privilegiantae vero status celsitudinē mensa non conuenit victusque quem illi praebes, auarus ita & contractus: cum igitur statum eius eteris panes & mensam instrue magis opiparam. Peti placet, ait Deus & dico quandoquidem in hoc statu aliquo modo mihi fiat equalis: cum status sit filij mei quo fulget qui vnus idemque est cum Patre, etiam aequare illum desidero parū mecum mensa, sique vnum idemque alimentum, vna eademque amborum mensa: ego me mea vobis essentia: igitur datus sum illi victum mihi proprium non in propria mea natura Diuina.

I. Hoc similitudine Regis declaratur.

II. Mensa conuenire debet dignitati.

est enim inaccessibilis, sed in natura humana
enim se vniuit secunda persona SS. Trinitatis, ver-
bum Dei: vt vero eius carnis & sanguinis in
propria specie, illi non prouocet horrorem aut
nauseam, carnem proponam illi & sanguinem
filij mei gustui palati ipsius accommodum, vt
ita sumptus illi proficiat.

VI. Commune hominis alimentum est panis &
vinum: sub illis igitur speciebus illi concedam
humilitatem filij mei hypostatice vniti in per-
sona eius diuinitatis: est enim proprium Deo ali-
mentum, & ita hoc illi proponit dum ait: *Caro
mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*
Ad statum filij Dei illi victum dat eiusdem Dei:
etenim ad statum adeo sublimē tam opipera re-
quiritur mensa taleque talibus Dñs alimentum:

Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum; ait
Propheta: iam habebis ita tibi proprium atque ad
manum præceptorem Deumque tuum, vt oculi
tui sint illum conspecturi manusque contracta-
turae sicut quemlibet de numero hominum: na-
turam etenim assumens Deus humanam se com-
muni accommodauit modo vt ceteri faciant
homines: feliciter tu ad tam sublimem euehē-
ris statum vt oculis tuis tuum sis visurus Do-

ctorem: *Hic est filius meus dilectus: ipsum audite:
tradidit illum nobis in magistrum & ducem an-
tegressum: nihil aliud superest quam vt illum
sequamur. Duceat ac præceptorem gentibus:* hoc e-
nim ex ore eius audimus, *Vos vocatis me magi-
ster & Dominus & bene dicitis.* Nullus antea hunc
viderat magistrum nec illum videbat: desideriu
autem sanctorum illum videndi, fuit ardentissi-

mu: à longe illum de: exit Abraham: *Vides Ge-
nansus est:* & secundum fidem quam de illo alij
concepserunt sancti aliqualem eius habuerunt
cognitiam: sed mortui sunt nec illum viderunt:

Mortui sunt non accipis reprobissimibus. Tu vero
nunc illum proprijs spectas oculis illum contem-
plas & recipis: beneficium sane præstantissimum
vt illud rite ponderat Christus tuis locutus dis-
cipulis: *Beati oculi qui vident que vos videtis: dico
enim vobis quia multi propheta & Reges voluerūt
Et non viderunt.* An hoc tantum obtinebūt?

Nontantum ait Propheta: *Et erit panis frugum
te re uberrimus & pinguis:* erit enim panis terræ
quem illi Deus tribuet in alimentum, fertilissi-
mus, pinguis, & abundans: erit alimentum quo
nutriet Deus homines, SS. Altaris Sacramen-
tum: est enim panis terræ: quia Christus est, natus
de terra ventris Virginis & purissimi, Domi-
næ calorum, Matris sacratissimæ: quamuis enim
panis sit celestis, quia Deus est: panis tamen est

terrestris quia homo: *Deus est ex substantia Patris
ante seculo genitus: & homo est ex substantia ma-
tris in seculo natus.* Dicitur, similiter panis de ter-
ra nec tamen hoc contradicit quod vocetur pa-
nis de celo: *Ego sum panis viuus qui de celo des-
cendi:* quia licet natus sit de terra illa benedicta
Maria, de qua sic canit Psalmista: *Benedixisti Do-
mine terram tuam.* Prodiit tamen de terra illa vir-
ginali purissimo eius ventre formatus virtute
Spiritus sancti: est enim opus cæli, ex vtraque
parte illum Propheta postulabat euangelicus,
Korate celi desuper, & nubes pluant iustum. Vt
significet quod nasciturus erat virtute cælesti
Aperiantur terra & germinet Saluatorum: quo sig-
nificet eum de Virgine matre nasciturum.

22. IX. Et abundans.
Erit panis hic diuinus fertilissimus & abun-
dans: quia tanta distribuetur abundantia vt non
sit qui non possit, si velit, ad illum accedere. In
multis provincijs, in multis ciuitatibus, in multis
locis, in multis Ecclesijs, in multis altaribus, in
illis à multis sacerdotibus consecrabitur & sæ-
pius: multis erogabitur & quantumlibet multi
sint, magisque multiplicentur, omnibus tamene-
rit sufficiens. O quanta panis abundantia! Olim
Iacob vt summum magnificabat beneficiū quod
Deus illum enutriet à primis vnguiculis, nec
vquam illi vel vno die defuisset: *Deus docuisti
me à iuuentute mea.* Quis alius esse poterat nisi
Deus qui tanta abundantia tantaque mihi pro-
spexit diligentia cum primum mihi vitam inspi-
rauit? Si Iacob hoc arbitratus est beneficium po-
tentia Diuina proprium, cuius superfluentem
conspexit abundantiam qua Deus illum toto vi-
tæ decursu nutriet: quod ferret de summa illa
iudicium qua gaudemus in SS. Sacramento: Il-
lo alit Deus non vnum ab iuente ætate sed in-
finitam multitudinem: à prima etenim eius in-
stitutione vsque ad vltimum mundi diem, om-
nibus quotquot fuerunt, sunt eruntque tanta cō-
suluit abundantia, vt nunquam alicui si voluisset,
desereret, & hoc non vniua vice sed: *A iuuen-
tute mea;* à primis Ecclesiæ fundamentis per
Christum fundata vsque ad vltimum eius ter-
minum: *panis frugum terra erit uberrimus.*

Ab eo die quo quis nostrum vsum accepit
rationis, licitumque fuit hoc frequentare sacra-
mentum, concessum est nobis & maxima tribui-
tur abundantia in animarum nostrarum alimen-
tum, & necdum hoc, sed etiam in hora mortis ac-
cipimus illud in viaticum, vt etiam in hoc itinere vsque ad
re nobis minime deficiat. Nobis optimus est a-
miciens, & quamuis nobis victum tribuerit quo
tempore in domo eius versati sumus; nempe quo
tempore



tempore viximus in gremio Ecclesie huius militantis, tamen ad excessum versus triumphan-
tem nobis liberaliter concedit quo possimus iter illud nulla disingulate conficere. Ades accedis amici tui ex itinere redux. Atque ex desiderio te videndi quamprimum limen eius ingredieris ingens ex aduentu tuo percipis in domo gaudij & lætissima te recipit festinate. Confestum agit quam lata te fronte amplectatur, summasq; liberalitate geniale præparet conuiuium & quantum vires possunt, conatur te recreare: hora imminet decensus vtque videt vrgete negotium, nullas innectit moras; verum antequam adibus excessas quo facilius itineris sustineas laborem perã, arripit illamque mille replet cupidij ad iter necessarijs quibus alacris ac vegetus viam perficias. O qualis hic amicus quantaque te excipit ferculorum vberitate! quandoquidem non solum in domo tua mensam tibi strauerit martiale: sed insuper ne forte foris tibi quicquã deficiat, alimentum perãm replevit abundantia. Ita Christus nobiscum agit, amicus integerrimus; nullum etenim quantum est ex parte sua, à sua excludit protectione, & semper ad tuam anhelat amicitiam quantumuis grauius illum offendas, quando per mundum hunc iter conficis calum versus, domum eius accedis atque eius tibi fauente misericordia limen illius subintrās; in gremium enim recipieris Ecclesie, per baptismum: hic namque portam nobis aperit ingredientibus, titulus hæc est quo à Theologis: *Tanna nuncupantur.*

XII.
Christo applica-
tur.

Quis explicet gaudium quo te recipit & delictiarum enatet abundantiam quam tibi cum gratia baptismali communicat, quæ tibi in baptismo infunditur, & quamprimum te cernit domus suæ limen terere ad vltim iam peruenisse rationis, consilia meditatatur quibus te lautius excipiat & cibum de mensa sua portiget opiparum; tibi namque in totam vitam ad spirituale animæ tuæ alimentum tribuit corpus suum pretiosum in SS. Sacramento; abundantem enim & liberaliter tibi conceditur quotiescumque volueris; tibi quippe nunquam negatur. Si cibo illo & conuiuium Deus electos suos in gloria recreat, vbi plenis illos emulat gaudijs; tu considera cum idẽ ipse sit qui tibi sumendus traditur, an non summa sint delicta quibus te recreat hoc caelesti conuiuium quo tibi ipse traditur; vt amicus integerrimus te tractat genialiter & aliquando quia ad Ecclesiam infirmitate detento, ire tibi non permittitur, ipse te accedit & forte ad tuam salutem ipsam ingreditur passibus quibus tu in-

cessisti illum offensurus; quinimo eadem ingreditur cubicula in quibus tu quondam gratissimam illi intulisti contumeliam. O bonitatem immensam! Quando discessus tui ex hoc mundo hora te premit, mortis nimirum, nec ab ea te possis coactus excusare; etenim: *Sacramentum est hominis semel auri*: vt iter te nos remoretur, alimentum tibi ministrat quo viam perficias ne vnquam tibi deficiat, quo semper gaudij es, vnde tibi conceditur in vitium id est vitiorum alimentum; illo roboratur anima nouaque recuperat vires ad iter calum versus, periculis, nullo futuræ famis timore percussa, nulla inimicorum anxietate pressa, qui forte in via peribones diuitiarum illi menta dissipant, nulla formidine turbata à via declinandi, aut in voragines & præcipitia prolabendi; quia secum cinium confert alimentum quo sacra fame non peribit, fortissimus illam amicus conatur contra diabolum defensor bonorum ipsius furem; ducem habet tutum & fidelem cui optime nota est via qui illam aberrare non patietur; lux illi affulget qua voragines præuideat & præcipitia à dæmone illi præparata, illaque ducta hæc poterit evitare seque liberam expedire; hæc omnia secum adducit SS. Sacramentum datum in vitium infirmantibus. Tu iudex elo num Diuinus hic panis bonis abundet innumeris, nam tibi possit alimentum esse copiosissimum; quandoquidem non tantum in ipso Deum habetas, sed insuper amicum, defensorem, ducem, & licet à latere tuo nunquam discessurum donec in portum introducas securum, donec ad terminum itineris tui peruenieris optatissimum; vt enim cibus est Dei quo filiorum suorum mensam nobilitat, ab eorum nunquam potest desistere protectione, donec gloriæ eius sicut heredes ac possessores, quam meritis suis lucratus est passibus illis operum applicatis quibus viam hanc ingrederis.

§ 4. *Cibus nobis à Christo in SS. Sacramento traditus, pinguis est: etenim nobis omne Dei bonum tribuit.*

Postquam præfatus propheta locutus de 14. 40. caelesti hoc pane asseruerat hæc esse abundantem, et affluentiam qua vidimus illum Quis nobis administrari, hoc addit: *Es pinguis.* Tunc pinguis vocatur quod plenum est & plurima reple- tum substantia. D. Ioa. expositurus gratiosissimam et p- ruinam maxime illius ciuitatis Babiloniæ: quam tenet et raticum D. Ioa.